

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7270

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1177-1182]

Lieu d'émission : Domfront

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye de Savigni.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DXCI, t. 2, p. 177-181.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 178. Souscription de Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. Henri II n'a pas été en Normandie pendant les premiers mois de 1183. Gautier apparaît comme « sigillifer regis » en 1177 ; le fait qu'il apparaît en tête des autres témoins indique qu'il était le chef de la chancellerie.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse ecclesie Sancte Trinitatis de Savigneio et monachis ibidem Deo servientibus omnes suscriptas rationabiles donationes que eis facte sunt, scilicet: Ex dono Willelmi de Duxeio presentationem ecclesie Sancti Martini de Gasto et ecclesie de Campcervor, et medietariam de Tessues cum pertinentiis suis. Ex dono Willelmi filii Rogeri de Villa Canis et duorum fratrum suorum, Ricardi et Hugonis, jus patronatus ecclesie de Villa Canis. Ex dono Rogeri Bacun jus patronatus ecclesie de Plana Silva. Ex dono Ricardi, Baiocensis episcopi, et concessione Willelmi Patric, ecclesiam de Landisac cum decimis ejusdem ville et aliis pertinentiis suis. Ex dono Rohaldi filii Roberti Rohaldi, et concessione Engerrani Patric domini sui, concedentibus etiam Errenburgi matre sua et patruo ejus Herberto Rohaldi et filiis suis, presentationem ecclesie Sancti Petri de Intramontes et totam terram de Landisaco cum omnibus pertinentiis suis, et medietariam de Bulleio, et masuram Johannis de Aties in Condeio, et in Bucelei pratum de Gaiena et dominium Marie et dominium Milesent. Ex dono Rannulfi de Vireio et fratrum suorum, et concessione Radulfi de Fugeriis, totum dominicum suum in maretis Medrei, et terram et pratum Marigneii, et ecclesiam de Medreio ex integro, et presentationem capellanorum et decimas totius parrochie, excepta tertia garba quam habent sanctimonialia de Redonis. Ex dono Petri Chaucon

et filiorum suorum domum unam apud Abrincas. Ex dono Roberti de Briceio, filii Roberti filii Willelmi, totam terram suam de Briceio, excepta masura filiorum Galteri. Ex dono Durandi de Croleio, et concessione Henrici de Feugeriis, totam terram que est inter vineam de Campo Botri et vetus stannum de Verduno et inter Grollium et viam de Ponte Aubaudi et viam de Abrincis. Ex dono Hugonis filii Anketilli totam terram suam de Verdum. Ex dono Rainaldi camerarii de Abrincis et concessione Durandi de Croleio terram quamdam et pratum, et juxta eamdem terram, ex dono Rogeri Ruffi et Vitalis cognati ejus, et concessione Gilleberti presbiteri domini eorum, virgultum et terram juxta virgultum. Ex dono Estormi de Verdun duas acras terre. Ex dono Bertranni de Verdun terram quamdam juxta grangiam de Campo Botri. Ex dono Galteri Alori et Willelmi Gojun, et concessione Rannulfi Grimaut, VII. acras terre juxta Abrincas. Ex dono Radulfi de Feugeriis, totum dominium suum de maretis Medrei et totum dominium suum de Verdun, excepto molendino. Ex dono Henrici de Feugeriis, et concessione heredum Alelmi Calvi, in Romeigneio, totam terram que fuit Alelmi Calvi, et terram Joslini molendinarii cum pertinenciis suis. Ex dono Roberti filii Giroldi, et concessione Henrici de Feugeriis, in Molinis, terciam partem molendini de Ossibus cum pertinenciis suis. Ex dono Juhelli de Savigneio et Willelmi Bastardi, et concessione Henrici de Feugeriis, totum rivagium aque de Chanbe contra terram de Habitu Alberti cum pertinenciis suis. Ex dono Ricardi de Serland, et filiorum ejus, VIII. acras terre et quoddam pratum in hamello juxta vadum Ollandi in Alereio. Ex dono Maleffant, in Mareigneio, masuram Querun, id est VIII. acras terre. Ex dono Martini Pichardi, et concessione Petri de Sancto Hylario, in Margotin, terram intra viam Sancti Jacobi et Coglarum et Mundineium. Ex dono Garini Tirel, et concessione Willelmi Avenel, XXX. acras terre in Pasbran. Ex dono Vitalis Vacce, vineam quamdam cum modica terra ei adjacente. Ex dono Petri de Sancto Hylario, vinum ad missas, singula scilicet setaria singulis septimanis reddenda in villa Sancti Hylarii, et III. quarteria frumenti ad hostias de reddito suo, apud Sanctum Quintinum reddenda singulis annis. Ex dono Radulfi Males, dimidium torcular et dimidiam vineam suam, cujus dimidiam partem habent sanctimoniales Moritonii. Ex dono Hugonis de Hume, concedente Ruelone filio ejus, unam acram terre in villa de Hume. Ex dono Roberti de Helceio et Willelmi filii ejus, terram de Esparzuns. Ex dono Reinaldi Canis, et concessione Willelmi de Sancto Johanne, terram de Croleio. Ex dono Ruellonis de Milleio, masuram unam terre in villa de Calido Loco. Ex dono Rogeri de Milli, masuram in Calido Loco. Ex dono Roberti Gillaud, VII. acras terre et dimidium juxta forestam Savignei, et terram de Curvafossa cum pertinentiis suis. Ex dono Henrici de Busleio et Hamellini filii ejus, unum sextarium frumenti in molendino de VII Forgis. Ex dono Rogeri de Rodolio, concedentibus uxore sua Matilde et filio suo Alexandro, et Johanne de Taun, molendinum de Ver cum pertinenciis suis, excepta molta domus de Croili. Ex dono Willelmi de Mandevilla comitis de Essex[a], pratum Hamelli de Sancto Georgio et dimidiam acram terre. Ex dono Radulfi de Haia, totam decimam frumenti sui de Longavilla in censariis et molendino. Ex dono Willelmi de Musca, totam decimam frumenti et avene et totius redditus sui de feodo Maisnilli Drogonis, excepta decima molendini de Sancto Leodegario. Ex dono Jordani Tessun terram de Veies, et in terra de Villeio quietanciam de omnibus illis que ad se pertinent, et omnes pelles arietum qui de foresta Cingelesii ad coquinam ipsius adducuntur. Ex dono Roberti de Caligneio, concessione Willelmi filii sui, decimam molte tocuis annone que venit ad molendinum de Caligneio, et masuram Gervasii de Cauneria cum omnibus pertinenciis suis, et terram de Fontibus cum pertinenciis suis. Ex dono Rogeri Bacun, in Plana Silva, Osbernum de Monte Teoldi et tenementum ejus de decem quarteriis frumenti, et Robertum de Piro et tenementum ejus de XI. quarteriis avene, et in tenemento Stephani Ridel V. boissellos frumenti, et quicquid habebat in terra Herberti. Ex dono Alani de Estarvilla, concessione Ricardi Baiocensis episcopi, decimam proprie carruce. Ex dono Ricardi de Sancto Fromundo et Willelmi filii sui, concedente Engelgerio de Boun, in parrochia Sancti Clari, masuram unam que vocatur masura Ernaldi. Ex dono Willelmi de Rampen, terram de Gascheriis. Ex dono Gaufridi de Vilers, concedente Ricardo de Humetis et Willelmo filio ejus, duos campos terre, quorum unus situs est inter terram de Super Gardinum et terram de Macerariis, alter vero est eidem ex una parte contiguus. Ex dono Willelmi Linebarbe et filiorum ejus, concedentibus Willelmo Patric et Alexandro de Boun, molendinum de Noer. Ex dono Rohaldi, filii Roberti Rohaldi, et Herberti Rohaldi patris sui, in Caligneio, totum dominium de Broslio, et subtus domum Reinaldi de alio Brollio, IIII. acras terre. Ex dono Willelmi et Rogeri et Radulfi, filiorum Gaufridi de Mercato, III. acras terre ante domum Vitalis de Tor. Ex dono Roberti filii Zacharie de Bruceio et Willelmi fratris ejusdem Roberti, quamdam partem terre sue in monte d'Escures. Ex dono Symonis comitis Ebroicensis, apud Caravillam, domum unam et masuram et salinam. Ex dono Radulfi Lupi et Reinoldi filii ejus, concedentibus filiabus ejusdem Radulfi Maria et Hylaria et earum maritis Helya et Bartholomeo, II. acras terre, unam ad Moslereiam et alteram ad Fossam, et III. virgatas apud Runcereiam, et V. virgatas ad Vendeiz, et duas masuras, unam apud Thaun et alteram apud Babeinvillam, et apud Colombiers terram quam tenent de monachis Helyas et Bartholomeus, generi ejusdem Radulfi, pro duobus sextariis frumenti annuatim reddendis. Ex dono

Ranulfi Verneii et Mabilie uxoris ejus, concedente Philippo filio suo et omnibus liberis ej[us], duas garbas decime quas clamabant in terra de Thauin, in feodo Roberti de Fonteneto, similiter et decimam de XII. acris dominici sui. Ex dono Ricardi de Alneto, VIII. acras terre in Briceio. Ex dono Marie filie Ruellonis Bastard et Ricardi patris ejus, in parrochia Savigneii, totum feodum Willelmi Bastard. Ex dono Ricardi Juhelli, totum feodum suum de Savigneio et donationem quam fecit Alanus frater ejusdem Ricardi. Ex dono Achardi Abrincensis episcopi, et concessione heredum Savigneii, ecclesiam ejusdem ville. Ex dono Eudonis Babilonie et Johannis filii ejus et Guidonis fratris ejusdem, in Logis, quandam terram que Rohardet vocatur, cum duabus garbis decime ejusdem terre. Ex dono Ursi de Logis et Roberti filii ejus et Willelmi Coisler nepotis eorum, et concessione Achardi episcopi Abrincensis, concedente etiam Hasculfo de Sancto Hylario, ecclesiam de Logis cum pertinentiis suis. Ex dono episcoporum Abrincensium Turgisii, Ricardi, Herberti, Achardi, et concessione Rannulfi de Vireio et Willelmi et Rogeri fratrum ejus, ad quorum feodum jus patronatus subscriptarum ecclesiarum pertinebat, ecclesiam de Vireio ex integro, et decimas totius parrochie, exceptis duabus garbis de masura Lanie, et ecclesiam Sancti Martini de Bresceio ex integro, ecclesiam etiam de Molinis ex integro, cum pertinentiis suis. Ex dono episcoporum Abrincensium Turgisii, Acardi, et concessione Roberti de Apenticio et filiorum suorum, ecclesiam de Apenticio cum pertinentiis suis. Ex dono Pagani de Sancto Bricio et Gervasie uxoris ejus et filiorum suorum, juxta forestam Savigneii, totam terram que Melium dicitur, et masuram que vocatur Aurineria, et campum qui dicitur Kernun usle (sic) et masuram Aucherii, et duas acras terre juxta cimiterium Vireii. Ex dono Gaufridi filii Guimundi et filiorum ejus Alani, Juhelli, Sequardi, in terra gasta, dimidiam partem terre de Calumniis. Ex dono Pagani de Ceresel et Willelmi, filii ejus, et Radulfi Roheis et Wiburgis, uxoris ejus, alteram medietatem ejusdem terre de Calumniis, quas donationes concesserunt Oliverus de Ardenne et Radulfus Brito, ad quorum feodum terra ipsa pertinebat. Quare volo et firmiter precipio quod supranominata ecclesia de Savigneio et monachi in ea Deo servientes omnia predicta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, in ecclesiis et decimis et terris, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stannis, et piscariis et mariscis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Testibus : magistro Waltero de Constanciis Oxenefordensi archidiacono, Radulfo Herefordensi archidiacono, magistro Joscelino Cicestrensi archidiacono, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Radulfo de Filgeriis, Seherio de Quincie (sic), Bertranno de Verdun, Willelmo de Solariis, Raginaldo de Paveilli, Hugone de Morwich, et Hugone Bardulfi, dapiferis, Nigello de Moretonio.

Apud Danfront.